

Franciscus Rabelesus *franciscanus* Domino Gulielmo  
Budaeo Salutem P. D.

Cum ad te ut scriberem iussisset P. Amicus noster ἀνήρ  
νή τὰς χάριτας ἀξιέραστος, εἶπερ τις πώποτε καὶ ἄλλος, *egoque*  
hominis rationibus adductus, quas *densas* ille et *frequentes inculcabat*,  
dicto me audientem praestitisssem, illud *inprimis* feci, ut  
superos omnes orarem et obsecrarem, darent aleam illam feliciter  
cadere. *Quamquam enim uehementer* cuperem (cur enim non  
fatear?) me in amicitiam tuam penitus *aliquo* insinuare, καὶ  
τόδε περὶ πλείονος ἂν ἐποιοῦμην πρὸς τὸν ἀπάσης τῆς  
Ἀσίας βασιλεύειν, subuerebar tamen ne si id genus officio,  
quam obseruabam *beneuolentiam* demereri in *animum* inducerem,  
merito uotis meis exciderem. Nam quid esse spei poterit homini  
obsuro et ignoto ex epistola inculta, agresti, barbara?  
Quid sibi promittere poterit adolescens ἄμουσός τε καὶ *σκοτεινός*,  
καὶ *ἀτέχνως μάλα δὴ* ξένως ἔχων τῆσδε τῆς καλλιλογίας  
πρὸς ἀνδρὸς ἐν λόγοις εὐδοκιμωτάτου, καὶ πάντας ἀνθρώπους  
ὑπερβεβηκός τε ἀρετῆς τε καὶ εὐφυΐας; Proinde huic facinori  
supersedendum mihi esse *censebam*, dum stylum aliquatenus  
exacuerem. Sed cum uehementius urgeret Amicus, libuit  
tandem, uel cum existimationis periculo, *eorum* inire numerum,  
qui plus aliis de se *quam* sibi credere malunt. Scripsi *itaque, idque*  
*menses* abhinc plus *minus quinque*, At sic ἀπειροκάλως, ut parum  
absit quin scripsisse tum pudeat, tum poeniteat, cum certior  
fieri non potuerim, quorsum res abierit: quam ominari *contigerat*  
non ualde feliciter casuram. Budaicum ἐ diuerso hominis *unius*  
ex multis humilitatem *atque animum* fastidisse, *litterasque* uix semel  
*idque* uellicatim lectas, etiamsi ineptissimas abiecisse, id uero ne  
crederem faciebat constans quaedam semel *omnium* fama, quibus ipsis  
datum est *aliquando* *Budaei consuetudine* uti, asserentium Budaico  
ad *caeteras* uirtutes *luculentam quamdam* et *ingenuam* insidere gratiam,  
erga eos quidem certe qui *litterarum* sint uel *callentes* uel studiosi,  
tametsi *nonnihil* insit auctoritatis καὶ τῆς σπάνης in eos, quos  
suis coloribus tam graphice uestitos in Asse, traduxit per oculos  
*hominum eruditiorum*, cum in aulicos incurreret. faciebat item et  
Amici *praedicatio*, apud *quem identidem* queritabar, *tanquam* qui  
nescirem utram in partem haec alea cecidisset, cum ipse mihi *ad*  
animos ad eam rem fecisset tam alacres, porro etiam feroces.

[224v]

Indidem γραφή τις νῆ τὸν Δία δεινὴ, ἣν ἔγωγε τὸν ἄνδρα  
γράψασθαι ἐν *νῶ* εἶχον. ἥς δὴ οὐκ ἐν ῥαδίως φθάνοι ἀπαλλάξαι,  
μὴ οὐχὶ δίκην, ἣν τιν' ἂν τάπτω, ἐκτετικῶς ἴσως μὲν οὖν  
πάντων τῶν αὐτοῦ κτημάτων τὸ ὀλίγιστον ἀποστερηθεῖς.  
οὐδὲ γὰρ πολλοσημόριον τοῦτο, ὧν χρῆναι αὐτὸν παθεῖν  
~~ἅ~~ ἡγουμένους τις ἐν μέλει κρίνοι ἂν. καὶ δὴ καὶ ἔγωγε ἂν ποτε  
ἐνθυμησαίμην ἂν ἔρχεσθαι εἰς τὸ τῶν ὑμῶν, τῶν σεμνῶν δικαιο=  
δότην δικαστήριον, τήνδε δίκην διωξῶν, οὐκ ἂν ἐξάρνως ἔξετε  
(ὡς ἐγῶμαι) ἄνδρα ὀρθῶς ἔχειν παντέλως ἐμμενεῖν ταῖς δίκαις  
ἃς γε δεδωκότες κατάδηλοι γίνονται οἱ τῶν ἀνθρώπων ἄπλους  
ἐξαπατοῦντες, καὶ μηδὲν *δημαρτηκότης* παραδειγματιζόμενοι, καθ'  
ὅσον μὲν δὴ ἦν δυνάμεως παρ' αὐτοῖς. Quid si dixero *atque*

probauero id inter nos **conuenisse**? Habeo penes me **synthecam**, legisti et ipse, **Neque enim iam** tibi excidisse puto, **quod** scripseram. Omnino si **summo** iure agere **cum homine** libeat, nullas uideo latebras, nulla, cre= sphygeta, in quae possit sese ille abdere. Hic **non dicam quam** multos testes laudare possem, **eosque** ἀξιωματίους, **omnique** exceptione maiores, qui **profi=** **tebuntur** id mihi ab illo cautum, ut si res **praepostere** euaderet, possem de dolo malo actionem dare. Sed multus in hoc sum profecto, cum **veritas** sese ipsa libere expromat, **uisendamque** ac palpandam **se** praebeat. **Enimuero iam** inde ex quo **litteras** ad te nostras **peruenisse** **resciuimus**, dici facile **non potest quam** certa illum **nostrum magnae cuiuspiam** **poenae** expectatione torqueri noctes **atque** dies explorarim. Nam **indicium** diffundi **sustinueram**, dum **iterum** ad te scribo. Habe tu igitur **nunc** alteras a me **litteras**, quibus **ueniam** precari uolo, quod tam nulla religione fores tuas **pulsem**, **atque naeniis** **te** meis exercere **non** uerear. **quem** scio aulicis tumultibus **circum undique obrutum** esse, **Plutoque** illi expoliendo **operam** nauare. Pudet **enim eum** (ut obiter hic tibi **congratuler**) pudet **inquam ipsum** uniuersis propè **mortalium** rebus priscum **nitorem** assecutis, **deformem unum** uideri **atque** ridiculum. Quo nomine **permultum** mihi placere soleo, **atque** apud amicos gloriari, cuius uota deus tam benigne obsecundarit. Nosti quae in calce **litterarum** **mearum** uersibus aliquot graecis precabar. **Neque nunc quoque** ego **non** precor, Plutum etiam **illum frequens compello**, **siquidem** incidere **contingit** (**contingit**

225

autem **aliquando**) in eos, quos ille more suo adeo nobis politos **sesquianno** reddidit, ignauos quidem illos, **rerum imperitos**, socordes, **indoctos**, flagitiosos, τὸ τοῦ ὁμήρου ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. At hos solitus ille est obseruare, eis se, **se** **rerumque nonnumquam\*** **summam** pessimo publico tradere. Soleo ergo cum hanc **indigni=** **tatem** oculis deuorare cogor, **aduersum** Plutum illum **profligatissimis conuitiis** et maledictis uelitari, **infaustasque** in **eum** uoces **essentiat** iactare, qui cum **caecum** esse **se**, ut est, se **esse** **essenseat**, **menteque non minus quam** oculis captum, **furiosoque** ac **dementi proximum**, **prouideque** **regendae** oeconomicae **minus idoneum**, patitur **tamen** sibi tutores dari qui maxime sint ad agnatos **deducendi**. Nam qui fieri poterit ut pupillaria praedia, fideiue **commissa** religiose adseruent qui bona auita, et **quae** sibi iusta haereditate **obuenerunt**, [...] si **non** ex asse dilacerent. Quod si colligat sese ille, **errorum placatum=** **que** se **praebeat**, si taedere **uideam errorum**, **luminisque** officia flagitare, ego tum plaudere, ego urgere, ego **Budaeum inculcare** nitoris ac luminis uindicem, Verbulam etiam aliquot **graecanica** auriculis instillare, **quae** hic\* **assuerem**, sed digna **non sunt**, **quae** **Budaei** oculos subeant, adscribam **tamen**, ne talia esse suspiceris, quod **genus impostor** ille suis pedibus medebatur.  
Καὶ σὺ, τί φῆς, ὦ πλοῦτε θεῶν μιαρῶτατε πάντων;  
σοὶ μῶν νῦν φροντὶς κάλλεός ἐστι πέρρι;  
Τὸν βουδαῖον ἴοις ἐπ' ἐκείνόν γ', ὡκα θ' ἤξεις  
Ἄμμι φάους κεν ἔχων εὐχος ἀπειρεσίου.

Sed **haec** satis. Vale et me ama. **Fontiniaci** quarto **idus nonas** Martii

Tuus si suus Franciscus Rabelaesus

[225v]

## f. Rabelaesus

Domino Gulielmo **Budaeo**  
Regio Secretario.

Parisi.

Rabelaesus.



Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cette œuvre est mise à disposition selon les termes de la Licence

Creative Commons Attribution - Pas d'Utilisation Commerciale - Partage dans les Mêmes Conditions 4.0 (CC BY-NC-SA 4.0).

Si vous utilisez ce document dans un cadre de recherche, merci de citer cette URL :

Première publication : 28/07/2016